Łowieczski donat alio

24 Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus
praemissensibus, nobilis Alexius Łowieczski, mente et corpore
sanus existens, a iure suo suis propriis quibusuis recedens, praesentibus
318 vero castrensibus praemislensibus iurisdictioni se submittens ac bona sua omnia
quo ad actum praesentem attinet incorporans, recognouit publice et re-
cognouit. Quia nobili Georgio Łowieczski et eius successoribus bona
sua haereditaria vest totam et integram sortem suam Gaż dicti
okręgli in fundo villae Łowcze consistentem, cum omni iure dominio
proprietatis ac cum omnibus utilitatibus nil penitus pro se
et suis successoribus reseruando et excipiendo dedit donauit ac modo per-
petuae et irreuocabilis donationis cum titulo haereditario
inscripsit et resignauit perpetue. Dans et admittens eidem iam
eundem in bona praefata realem intromissionem cum actuali et pacifica
possessione per nuntium terrestrem quemcunque. Euincitque praefatus
Alexius Łowieczski cum suis posteris quos firmiter super omnibus
bonis suis obligat, eundem Georgium et eius successores in bonis
praefatis et omnibus eorundem, ab omni grauamine impetitione iuri-
dica quarumlibet personarum propinquarum et remotarum
status sexus et conditionis cuiuscunque existentium per omnes pro-
scriptiones terrestres tociens quotiens opus fuerit tueri defendere
eximere liberare protegere bonaque praefata munda et libera
facere sub poenis terrestribus ad simplicem verbi assertionem
sine corporali iuramento taxandis. Insuper etiam praefatus
Alexius Łowieczski se et suos successores super omnibus bonis suis
obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria prae-
missensia ante decursum unius anni transferre transportare simi-
literque vel si opus fuerit melioratam recognitionem facere et
circa transportationem inscriptionis praesentis nobilem Catherinam
de Dziedno consortem suam cum omnibus amicis ipsius de linea
paterna proximioribus ad consentiendum super inscriptionem prae-
sentem quo ad omnem ius suum reformandum et aduitalitium ha-
bitum quodcunque ipsam modo quouis concernens ad eadem acta
terrestria adducere et statuere sub similibus damnis terre-
stribus ad simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento
taxandis, pro quibus quidem poenis terrestribus praefatus reus
cum suis successoribus citatus existens, a iure foro suis propriis
quibusuis recedens coram castrensi capitaneali praemislensi
officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare
parere respondere ac pro praefatis poenis terrestribus omni-
bus exceptionibus contrauersiis, praescriptionibus suspensionibus
legalibus quibusuis impedimentis, terra vel simplici infir-
mitatibus, actione pro maiori, ad inductionem dilationem competentibus,
motionibus appellationibus earumque prosequutionibus, poena trium
marcarum et triplici poena, ac aliis omnibus generis dilationibus

eiusque remedijs semotis et in partem euictis satisfacere cum
suis posteris tenebitur quotiens opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione
terrestri in praemissis obstante.

Idem adscribit eidem 319

Coram officio et actis praesentibus castrensibus praemislensibus personaliter stans no-
bilis Alexius Łowieczski foro suo quouis proprio omnisso et prae-
senti iurisdictioni se incorporans publice recognouit. Quia nobili Geor-
gio Łowieczski et eius posteris ad summam priorem originalem
ducentorum triginta florenorum polonicalium sibi per eundem in sorte sua
in villa Łowcze actis terrestribus praemislensibus inscriptis, quindecim
florenos polonicales in eisdem bonis adscribit, summamque iungit. In qua
quidem summa simul cuncta ducentorum quadraginta quinque
florenorum pecuniae, praefatus Georgius Łowieczski cum suis poste-
ris bona praedicta tenebit habebit et possidebit usque ad fructus
usque ad exemptionem et summae praefatae simul cuncta plenariam
persolutionem. Quamquidem inscriptionem priorem per praesentem ad-
scriptitiam et praesentem adscriptitiam per illam priorem originali
scriptitiam et praesentem adscriptitiam per illam priorem originali
in omnibus earum conditionibus approbat confirmat et ratificat.
Dans et admittens eidem iam eundem in bona eaque in summa praedicta
adscriptitia realem intromissionem cum actuali et pacifica possessione. Ni-
hilominus praefatus Alexius se et suos successores super omnibus
bonis suis obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria
praemislensia ante decursum unius anni transportare sub vadio
quindecim florenorum polonicalium. Pro quo quidem vadio praefatus reus
cum posteris citatus existens foro suo quouis proprio omisso
coram castrensi praemislensi officio in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare parere respondere ac pro praefato vadio se
motis quibusuis exceptionibus legalibus impedimentis motioni-
bus appellationibus earumque prosequutionibus ac aliis omnibus genti-
bus dilationibus iuribusque remediis satisfacere tenebitur. Nulla prae-
scriptione terrestri in praemissis obstante.

Krukienczski inscribit matri

Coram officio et actis praesentibus castrensibus praemislensibus personaliter
stans nobilis Sebastianus Krukienczski a iure foro suis pro-
priis quibusuis recedens, praesentique castrensi praemislensi
iurisdictioni se submittens ac bona sua omnia quo ad inferenda tenebat,
tenet incorporat et subiciens mente et corpore sanus existens publi-
ce recognouit. Quia nobili Euae relictae olim nobilis Andreae
Krukienczski matri suae, medietatem bonorum suorum haeredi-
tariorum in oppido Krukienicze et villam Poszada ad foris
oppidum pertinentem quorum bonorum et praediorum est possessor cum
omni iure dominio proprietatis, ac cum omnibus et singulis
attinentiis pertinentiis fructibus prouentibus reditibus uti-
litatibusque uniuersis nullis penitus exceptis et exclusis
in usumfructum et possessionem ad extremum usque ipsius uitae termi-
num inscribit et concedit, per eandem suam bona praedicta